

A. M. W. / X X X .

3753/1

Regi nyomatványok, Bratislava-Lyceum
(303.192)

14

THALASSIO NVPTIALIS;
 facer SPONSIS,
 NOBILISSIMO, atque CONSULTISSIMO
 DOMINO
MICHAELI ARMBRVSTERO

NOBILI item, & matronalibus Virtutibus ORNATISSIMÆ
 F O E M I N Æ,

DN. VRSVLÆ ROTTERIÆ;

Viduae quondam SEGNERIANÆ:
 quem faustae gratulationis, debiteque observantiae causa
 HENDECASYLLABIS

hisce

Johannes Andreas, & Carolus, germani fratres Führnsteinii

P O S O N I I

exhibuerunt

A. O. R. cIs Isc LXIX. VIII. Cal. Octobres, nuptiali.



Sc ad principium sui feruntur
 Fati perpetuâ necessitate,
 Res mortalium, & universa in
 orbem
 Antiquum redeunt, suo labo-
 cursuque ingenito semel peracto.

(re,

Nam quid solis iter, statorumque cursus
 Refert dicere; siderum minorum,
 Arcturique, Lyræque, Perseique,
 Et cum Pejadibus cadentis Ursaë,
 Et cum Casiope enitentis Ursaë?

Ipsam quotidie semel per orbem
 Cœlum volvitur axibus rotundis,
 Sedemque occupat ante derelictam.
 Et fontes repetunt suos, regressæ
 Flexis ambagibus, sinuque multo
 Per colles varios, aquæ perennes.

Mundi est perpetua hæc vicissitudo,
 Et lex unica; grandis, & minoris
 Mundi; tum veteris, novique mundi
 Lex certissima, PERPETIM ROTARI.



Hoc grandes memorant, sonantque parvi:
 Hoc clamant pueri, probant puellæ:
 Hoc nuptæ referunt, ferunt solutæ.
 Quid te, SPONSE, morer? ^{amit} quod ipse firmas,
 Et tecum tua SPONSA; SPONSA tecum
 Quod firmat: tua nupta, nupta tecum
 Quod firmat: liquidum, probumque factum est.
 Nam vitæ tibi quæ prioris acta
 Sunt iustra, in seriem venire lætam,
 Quis nunc non videat, dolente Momo;
 Quis non gaudeat, indolere Momum;
 Momum, perniciem faventis auræ?
 Non dicemus adesce Solis astrum,
 Et lætam facie nitere Lunam:
 Hoc saltem memorabimus redisse,
 Cœlo non renuente, sortis horam,
 Quæ te nunc jubet esse fronte lætâ.
 Quare fac radies novâ lucernâ,
 Accensâ tibi, vividâque flammâ;
 Quæ Solis radios calore vincat;
 Quæ Lunæ faciem colore vincat.
 Tantum versiculis precamur istis.

Posonii,

exprimebat Gottfriedus Gründer.